in Hollandia, quadrante leucæ à Delph verſus meridiem diſtans, opulentiſsimè dotata, ac Ordini *inſerta anno 1470. ab hæreticis anno 1569. radicitùs everſa eſt.*

LXIII.

1477. Domus Beatæ Mariæ Annunciatæ in Conraetsburg prope Padebornam in Vveſtphalia, in Mõte Sancti Sixti ſita, anno 1477. Ordini fuit incorporata. Nunc ſubeſt Lutheranicæ perfidiæ. Vide Aubertum Miræum in Catalogo Cartuſiarum, *fol.* 55. *Alemaniæ inferioris.*

LXIV.

Domus Transfigurationis Ie-
1477. ſu Chriſti in Reinſchavn propè Zuvichavu in Miſnia, à Saxoniæ Ducibus extructa, & per Canonicos Regulares primo poſſeſſa, in Cartuſiam anno 1477. auctoritate Summi Pontificis erecta eſt, ope Domini Ottonij dictorũ Canonicorum Præpoſiti: ipſius *Alemaniæ inferioris.*

enim, & ſuorum pari conſenſu effectum eſt, ut Summus Pontifex *eam concederet, abductis ex* Cartuſia Erfordiana quatuor Religioſis, & anno 1480. Ordini adſcripta, modò ſub iugo hæreticorum ingemiſcit. Vide Aubertum Miræum in Catalogo Cartuſiarum, *fol.* 56.

LXV.

Domus in Claslovia fundata 1480.
eſt ab Illuſtriſsimo Domino Domino Anglaſto Archiepiſcopo Leopolenſi anno 1480. communem iam rerum omnium labentium metam attigit: nec ſatis liquet cuiuſsiam fuerit Provinciæ.

LXVI.

Teutoniæ. Domus Sancti Martini in Mõ- 1494.
te Solis, prope campẽ Tranſiſelaniæ Vrbem, anno 1494. Ordini incorporata, ita nunc diruta eſt, & à fundamentis exciſa, ut in cęteris reſpondendæ uſum re-

dacta ſit; & à Batavis uſurpatur. Vide Aubertum Miræum in Catalogo Cartuſiarum, *fol.* 33.

LXVII.

1494. Domus Montis-Benedicti ab *Lõbardiæ.* Henrico Vicecomite Baratoniæ, Palmerio de Regiano, & Boſone Carbonello Ordini noſtro conceſſa, cum domo Bandæ anno 1498. permutata eſt. *nu.* 70.

LXVIII.

1499. Domum Pacis-Mariæ, in Regno Sueciæ fundavit Domnus *Rheni, & Saxoniæ,* Steyne Sture Regni Sueciæ Gubernator, quæ Ordini anno 1499. unita, nunc penè ſuis in ruderibus iacet, & prophanis uſibus vapparum, & tenebrionum hæreticorum deputatur.

LXIX.

1590. Domus Beatæ Mariæ Aræ-Cœli in Hiſpania, & Principatu *Cattaloniæ,* Cat-

Cattaloniæ, ad Ripam-Fluvij Sicoris, (Segre) Eremitorium Beatæ Mariæ de Burſenit dicta, una leuca ab Illerda verſus Orientem, per indultum Apoſtolicum, Ordini noſtro conceſſum, accedente etiam conſenſu eorum, quorum intererat dictæ Civitatis ipſi incorporata eſt anno 1590. à P. D. Petro Berengario Monacho profeſſo domus Scalæ Dei. Anno autem 1596. fuit ab Ordine ob paupertatem derelicta, & Eremitorium priſtinis Dominis reſtitutum.

LXX.

Lõbardiæ. nu. 67. Domus Bandæ, antiquitùs à Cartuſianis poſſeſſa, atque ad extraneos devoluta, iterumque in permutatione domus Montis-Benedicti Ordini reſtituta, anno 1501. propter bella in Domum Avillianæ tranſlata eſt. 1591. *nu.* 80.

LXXI.

Cartuſiæ. Domus Monialium Vallis, ſeu Bel-